

*Ad Lectorem.*

omnia quæ ad unum versum pertinebant, singulis suis versibus subjicerem, sicuti in priori collegio & B. Parentem consuevisse deprehenderam. Et ne forte aliquid, quod in isto opere inveni, prætermittam, placet totius Libelli, *Logicam*, quam in priori collegio tradidit, *Resolutionem* hoc loco inferere, spe freta, minime eam ingrata fore. Nam licet dispositionem aliquam totius libri *diff. I. §. IX. p. 7.* tradiderit, cum tamen nimis brevis sit, prolixiorum illinc excerpemus. Sic vero inquit:

Totum Ruthæ libellum in duas dividimus partes, quarum altera continet Historiam Ruthæ *ab init. libri ad c. IV, 17. incl.* altera, Generationes Perezi, & Davidis Genealogiam. *c. IV, 18. - 22. scil. fin.*

¶ Ruthæ Historiam dividimus in

- A. τὰ πρηνύμια. c. I. - c. IV, 9.
- B. τὸ πρηνύμια. c. IV, 9. - 13.
- C. τὰ ἐπίμια. c. IV, 13. ad fin.

A. πρηνύμια sunt

(a) I. Discessus Ruthæ ex Patria Moab in Judæam, *Cap. I.* cujus describitur

I. Occasio, quæ triplex

E. Ruthæ primum Matrimonium cum Filio Elimelechi, ubi

I. Discessus Elimelechi cum Uxore & liberis in Moab, cujus describitur

- (a) Tempus, cum judicarent judices, *v. 1.*
- (β) Causa, cum fames esset in terra, *ibid.*
- (γ) Modus, ut abiret ad peregrinandum, *ibid.*
- (δ) Terminus à quo, de Bethlehem Jehuda, *ibid.*
- (e) Terminus ad quem, in agris Moabitarum, *ib.*
- (ζ) Comites, qui sunt
  - (1.) Uxor, *v. 1.* nomine Nohomi, *v. 2.*
  - (2.) Duo filii, *v. 1.* qui describuntur